Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Afflictus sum et humiliatus. ad pœnitentiam. nimis rugiebam petens remissionem quod lucror. Aliud est gemitus corporis. aliud gemitus cordis. Gemitus corporis. propter terrenas. Gemitus cordis. propter suu peccatu & aliorum. rugere enim. proprie beluarum est.

Nunc uenit ad grauissimos dolores animi. decursis corporeis erumnis. Ideo conturbatum esse suum cor dicit. Lumen oculorum meorum. non esse secum narrat. quia post posito uerticus lumine. in tenebras cecideruntpeccatorum.

Steterunt delonge discipuli xpi de quibus ait. Stabant noti eius delonge. sed uim faciebant iudaei. uel diabolus cum ministris. qui quanto eum uidebant indi amore persistere. tanto ei mortem animae nitebantur inferre.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis. rugiebam a gemitu cordis mei.

Ne ante te omne desiderium meum. & gemitus meus ate non est absconditus.

Cor meum conturbatum est dereliquit me uirtus mea. & lumen oculorum meorum ※ & ipsum: non est mecum.

Amici mei & proximi mei. aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Et qui iuxta me erant delonge steterunt. & uim faciebant quique rebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti

Tale fuit desiderium eius ut ante dm esse mereretur. dns enim quicquid nonaspernatur amplectitur. Ille enim gemitus non absconditur adō. qui pius est. et pro animae liberatione persolutus.

Amici sunt extranei sanguine. sed caritate coniuncti. proximi autem sunt. qui nobis apparentibus sociantur. Potest amicus et proximus dediscipulis accipi. qui in passione xpi territi. in tantum adnō recesserunt. ut petrus ipse neguret.

Multos quidem dolos meditati sunt. cum interrogarent si deprehensa mulier lapidari debuisset. sed tunc aperte